



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

vt, quicquid hac in disciplina bonū rectum, que perspexerint, sequantur, reliqua verò inhonestā & scelerosa quouis angue peius fugiant & detestentur: Hominibus potentioribus se insinuare per animantium exempla, eorumq; moribus accommodare sciant.

III.

Quodd multi saepenumero fauore, aurāq; populari ad maxima dignitatum euehantur fastigia. Quamobrem cum omnium rerum, quas ad beatè viuendum sapientia comparauit, nihil maius sit amicitia, omnibus quibuscūq; poteris artib. aut mutuis officiis, beneuolentiāq; hoīes tibi deuincies quamplurimos. Nec id ex malo animi proposito, sed ad tuam necessitatem & gloriam. Hoc enim seculo, ubi gratia deficit, multi sub iudice aduerso offensoq; etiam iustissima cadūt causa.

*Nihil maius amicitia inuenitur.*

IIII.

Scientiam multò nobiliorem & excellentiorem auro esse, hac enim aurum, opes fauorem, amicitias, potentiamq; acquirere potes plenissimam, imò ea omnia, quæ aliis nullis in vniuersa rerum natura comparatur rebus, hac vna facile conficies & impetrabis.

*Omnia sapientia comparantur.*

## CAPVT XII.

## ARGVMENTVM.

*Quòd pater ereptus sit tempestatibus atris.  
Filioli Sulpis gaudia magna ferunt.  
Nempe pererrato pax et sit grauior orbe,  
Sic exhausta iuuat commemorasse mala.*

Ad

REINIKES, LIB. IIII. 455

**A**D ciuitatem Reinikes,  
Maleparta dicta qua fuit,  
Vt commeantes Venerant,  
Stans ante limen Reinike  
Suis amicis omnibus

Ciuitas  
Reinikes  
Maleparta  
dicta est.



Summas agebat gratias,  
Quod sortis his in tristibus  
Fidelitatem fluctibus  
Non denegassent vtilem,  
Sed quilibet pro maximis  
Opem tulisset viribus.

Quare fauorem debitum  
Fidemq; rursus omnibus  
Spondet suis sodalibus.  
Deinde dat licentiam  
Cuius eundi quod lubet.

At rumor et latissimus  
Vxoris aures contigit,  
Virum venire Reiniken,

Reinikes  
pietas & in-  
dustria er-  
ga amicos  
suos.

Pra

Prae maximo liberrime  
 Gestire cepit gaudio  
 Quare relictis omnibus  
 Rebus potenter aduolat  
 Cum liberis charissimis,  
 Et gloriosum dulcibus  
 Verbis maritum suscipit.  
 Et quid sit actum sedulo  
 In arce Regis quaritat.

Relaxat ora risibus,  
 Et sic profatur Reinike:  
 Immensa regis gratia  
 Fatis mihi felicibus  
 Summos honores obtulit,  
 Regisq; Cancellarius  
 Nec non Senator nominor,  
 Et omne quicquid Reinike  
 Scribit, facit, deliberat,  
 Id esse scriptum candidè  
 Et corde prudentissima  
 Deliberatum creditur.  
 Quodq; amplius, fortissimum  
 Potenter Isengrinium  
 Hac dextera compeosci,  
 Meisq; victi viribus,  
 De me querelas fundere  
 Ut ausit haud in posterum.

Reinike  
 sibi de Isen-  
 grinio con-  
 fuso cōgra-  
 tulatur.

Sed nunc velut pedissequus  
 Subiectus ipse Reinikes  
 Cogatur esse legibus.  
 Illius ut potentiam,  
 Genus propinquos, filios,

Vnius

*Vnius assis estimem.*

*Hac Vulpis Vxor audiens,  
Magis magisq; gaudio  
Triumphat atq; plausibus  
Gratantur iidem liberi,  
Omnesq; latro murmure,  
Valete cura clamitant:  
Nunc secla semper aurea  
Diesq; candidissimos  
Agemus, & prioribus  
Medebimur molestijs  
Quiete, lusu, gaudio.*

*Præ cæteris mortalibus  
Sic est adhuc felicior,  
Beatiorq; Reinike.  
Curisq; liber omnibus,  
Amore, pace, gratia  
Abundat & sodalibus.  
Ut carmen hæc libelluli,  
Laborq; Vatis explicat.*

Vxor & filij  
omnes pa-  
rentis Rei-  
nikes victo-  
riæ applau-  
dunt.

Reinikes  
felicitas ad  
huc in om-  
nibus ob-  
durat nego-  
tiis.

COMMENTARIA.

Quod homine grato nihil præstantius aut  
laudabilius inueniri possit: Isque omnibus  
virtutis præclarissimæ dignissimus fit præ-  
coniis.

I.

Homine  
grato nihil  
præstantius.

Quàm iucundum, delectabile & Christia-  
num sit maritos cum vxoribus liberisq; con-  
cordes vna eademque mentis affectione con-  
iunctissimos aspicere, in prosperis nimirum  
pariter gaudere, simulque aduersis condolere  
rebus. De execrabili autem meretrici amore  
nihil

II.

Gaudiū in  
matrimo-  
nio sanctis-  
simum.

nihil

nihil hic dictum velim, qui primo aspectu libidinofus leuiter accenditur, leuius conficitur, leuiffimè autem refrigefcit & extinguitur, verùm de amore fanctiffimi matrimonij, qui incredibilis & perpetuus est.

*II.* Quàm graue & periculofum fit, cùm in potestatem violentiamque aduerfarij tui venias. Quamobrem operam nauare decet maximeque in id incumbere, vt erga omnes te affabilem beneuolumque ostendas & exhibeas, quò paucorum hominum odium inuidiamque in te concites. Nemo enim fcit quidnam varia volubilisque fortunæ ratio nunc per illum, nunc per alterum hodie depreffum cras rursus eleuatum parturire poffit inimicum. *Steph. n.* viliffima & abiectiffima persona ad tantos honores emergit, vt omnibus mirationem faciat mortalibus. Contemptos idcirco noli floccipendere inimicos, is enim iam mundi curfus est, vt alter extollatur, alter deiciatur.

*III.* Ne propter collatos honores potentiamque adeptam superbiamus, aut ob res secundas effrenata quadam efferamur violentia, nam iuxta Poëtam:

Horat.

*Multa cadunt inter calicem fupremaque libris*

Et hæc de Reinikes fallacia pro anguftia temporis qua circumfcribor, donec plus ocij habuero, breuiter absoluteque fcripiffie nunc fufficiat. Spero autem planeque confido, hæc breuitate me apertam planamque adolefcen-  
tibus patefeciffie viam, qua maiora & vtiliora  
anj.

animo concipere & excogitare possint. Nec institueram initio hunc ad vnguem castigare aut perficere omnino librum, tam innumera enim hinc inde perpendenda & examinanda occurrunt, vt vel opus Iliade prolixius ex eo quis conficere posset. Quamobrem interdum longius, quam decebat, digressi sumus ex alijsq; autoribus, quorum hic mentio nulla fit, exempla adduximus: Lectori nimirum ansam præbentes, vt ipse plus temporis hisce meditationibus impertiat. Et ad vsum vitæ quotidianum sibi inde quasdam recolligat & contexat obseruationes, quomodo nimirum se in omnibus negocijs & functionibus gerere, quid credere & expectare, laudare & vituperare, suadere & dissuadere, agere & omittere debeat & possit.

PER.